

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Aphorismi Confessiorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Concilium

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

## C O N C E S S V M.

93

Communio sub vtraque specie non est laicis aut Clericis non conficientibus diuinitus præcepta *Conc. Trid. sess. 21. c. 2. can. 1.*

In necessitate laicus sub vni specie sumens satisfaceret diuino de sumenda Eucharistia præcepto. *Sua. t. 3. d. 71. Sect. 3.*

Bis eodem die, extra missam, ad tollendam iniuriam Sacramenti, & irreuerentiam, Eucharistiam sumere licet. *Sua. t. 3. q. 69. 5-4. col. 2.*

Sacerdos, extra confessionem, sciens aliquæ occulto. m. p. infectum esse, neget illi occulte petenti, Communionem corporis Christi, si nulla hinc illi infamia. communis sententia vide *Halensem. 4. p. q. 49. memb. 1. D. Th. 4. d. 9. q. 1. art. 3. Val. t. 4. d. 6. q. 8. p. 3.*

*Communitas, vide Respublica, Collegium.*

## C O N C E S S V M.

**C**oncessum intelligitur, quod non est prohibitum.

\* *Syl. concessum. 1.*

## C O N C I L I V M.

**1** *C*oncilium Trident. coepit obligare, quantum ad ius posituum, à Calendis Maij anni 1564. *Ex Bulla Pij IV.*

**2** Concilium Prouinciale debet fieri tertio quoque anno, Diocesanum verò quorannis. *Ex Concil. Trid. Sess. 24. c. 2. de reform.*

D

3 Con-

3 Concilium Prouinciale potest excommunicare Archiepiscopum.

4 Concilij Prouincialis decreta non sunt publicanda Papa inconsul. *Ex Congr. Concil.*

5 Ad decreta Concilij Dioecesani non requiritur Cleri approbatio. *Ex eadem.*

**Concionator**, *vide Predicare.*

**Conductio**, *vide Venditio.*

1 **C**onductor, si eius voluntate, aut eius causa fortuito, locator operarum, qui alias fuisset mercedem habiturus, est impeditus, tenetur soluere: tenetur & locator de damno ex sua culpa secuto. Ita quidam sentiunt; sed tu consule quæ de Casu fortuito, & de Culpa scripsimus.

\* De conductione multa *Mol. à d. 483. de locatione Lopez l. 1. c. 24. Garzias.*

\* *Vide Nau. l. c. 17. nu. 197. Fum. ver. Locatio. 15. Syl. c. nu. 12. Lopez l. 2. c. 26.*

2 Conductor potest expelli domo, ob necessitatem nouam locatoris eam habitandi, aut reparandi, aut si ibi in honeste agat. In quo ultimo casu Nauar. ait nihil esse de pensione remittendum, alij id negant. Ego quidem in primo casu adderem, ut est additum in Commodo, nisi conductor alias domum fuisset, non sibi adimendam, conducturus.

\* *Nau. l. c. num. 93. 94. Sylu. nu. 9. Fum. 12. Ia Mol. d. 499.*

3 Con-